



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 1. Sequuntur sæpe homines hoc dictum (Ladronij voz maiior:) latro & tu peior: cum enim posset Deus conqueri, ipsi Deo conqueruntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

HOMILIA XXI.

DE PROPHETIS IN PATRIA.

Tertio die Lunæ Quadragesimæ.

Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: medice cura te ipsum. Luc. 42

55



(a) Xalon
Xalon Rio
traydor
que nacet
in Casti-
lia, y vie-
gas a A-
ragon.

Commentator vite Christi D. Luc. nobis hodie enarrat exonerationem ac plenariam satisfactionem, qua Christus querelis satisfecit sibi à compatriotis ac conciuibus obiectis scilicet Nazarenis, ex eorum opinione optimè fundatis, nimirum, eum esse Nazareth eius patriæ solū, vbi conceptus, vbi fuerat enutritus, illam tamen desereret aliò migraret, impertiret beneficia peregrinis, miracula patrarat alicuius in regionibus oblitenda, nominatim Capharnaïni fallor hoc illi obiciunt, quod credimus alicui Xaloni stultio exprobrare? (a) O Xalon ingratus flumi, scaturis in Castilia, & rigas Aragoniã. Vt autè illis plenariè Christus satisfecit, citat illos in iudicium & verissimã nec non clarissimã ciuibus suis proponit rationem: ex parte sua nihil subesse cur ipse ex se patriæ ciuibus que suis parcus deesset. Sed quod ipsi in illum peccarent, qui cum primò honore, illum deberent excipere, illi e contra essent, qui nedum propriū ciuem non honorarent sed insuper & expansis velis inhonorarent, iamque apud eos mos increbuit, honori derogare, & vilipendere prophetas sibi connaturales quos alienigenæ verebantur standisque proferebantur qua de causa propheta pluribus colebantur beneficiis peregrinos, quàm municipes. Ducorū probat exemplo Prophetarum quos fama sanctitatis reddiderat notissimos, Elias, ac Elisei, qui ambo à propriis reiecti conciuibus, ab alienigenis fuerunt mirum in modū decerati, quapropter illis beneficia conferbantur quæ ciuibus subtrahebant. Cum enim multæ essent viduæ in regione patriæque Elias, ad nullam eorum missus est Elias beneficia largiturus, nisi ad procul distitam in Sarepta Sido-

niorum. Pariter, cum in Israel prope innumerabile lepra macularentur vbi morabatur Eliseus, eorū mundabit neminem sed non nisi vnum aliquem qui de Syria terra longinqua festinus accurrebat. His Nazarenis conuincuntur, at non cōuertuntur, non corriguntur, non resipiscunt, quinimo diabolico spiritu commoti, ac Erinide infernali furibundi, in Christum vnanimis insurgunt, & populari seditione comprehensum, ad montis ducunt supercilium, super quem ciuitas eorum erat edificata in imã preciprandum. At non illis permittit Christus, suum implerent plusquam diabolicum facinus: vt enim ad locū venit præcipitiū, tumultuantium vires euerit, vt illum nec precipitare deorsum, nec detinere poterint retineri reculantem, quinimo transiens per medium illorum, discedebat, illos illi relinquens, eorum erant. Diuina placeat bonitati ne nobis nos relinquat at sua nos diuina foueat gratia, illam igitur exolorum Principis intercessionem postulemus, eandem saluantes. *Anc. Maria.*

S. I. Sequuntur saepe numero homines hoc dictum. (a) latro & tu peior: cum enim possit Deus conqueri, ipsi de Deo conqueruntur.

Expendit D. Hier. rara quædam Domini verba apud Isaiã, quibus eleganter & neruose declarat ingrati tudinem, & extremam impudentiam, quã Deum populus irritabat. Primum amplissimum enumerat beneficiorum catalogū, quibus fuerat illum complexus, de seruitute liberans Ægyptiacã, terrã promissionis sumans possessorem, terrã inquam fertilis adco, vt de ea dieatur, quod lacte & melle manet, in ea plantans, vt vineam sibi charissimam, quidquid necessarium,

I. cessarium erat abundè subministrans, dans legè, templum, sacerdotes, sacrificia, prophetas, opes, dignitates, delicias, quicquid denique possit à manu desiderare. Confestim autem ostendit & eorum adfert ingratitudinem, quæ Dei erga se non imitabantur officia, & ad finem illam mysteriosius ac grauissimis indicat sententijs. Quas D. Hier. interpretatur. *Exspectauit ut faceret iustitiam, & ecce iniquitas; iudicium & ecce clamor.* Quando paria meritis sperabam officia: referunt, meisque obijciunt oculis. Ecce, calumnias, & non tolerandas iniurias: pro eo ut mihi famularer, grauius offendunt, quando præstolabar, ut factem criminum suorum coniecij quibus bonitatem meam acius pronocarent, iudicijseruarent equitatem, veniam supplices rogarent, profluent querulosi, beneficij obrectât. *Ecce clamor.* Clamor querimoniam indi. at bene fundatam contra aliquem, qui te iniuriâ lacessit, clamor hic ex graui nascitur dolore, cordisque perturbatione, proinde uocibus exprimitur elatioribus, de quo loquitur. Apostolus (inquit D. Hier.) ira, uerbisque connectens illum incompotitus: *Omnia amaritudo, ira & indignatio, & clamor & blasphemia.* Unde principium intemnit illud quod vulgari nostro circumferuntur idiomate. (a) Es plio: Meum egerunt eo modo, quo dicitur: *lairo, & tu nequit.* (b) similiter & illi conformiter quod dicit: *te) vltura verbera, potatendum.*

Quosdam inuenies adeo detestandos, quibus cum tuam voluntatem ac beneuolentiam, quando documque res tulit, ostenderis, quando maximam ab illis gratiam expectas, adfunt tibi grauissimi calumniatores, & dum nihil aliud cogitas quam eorum humilem pro commissis sceleribus veniam deprecationem, ecce contra te querunt, grauius expostulant, quasi à te ipsi tulissent iniuriam. Hanc cape similitudinem. per plateas iustoso tempore progredieris, & ecce occurrit tibi quispiam tanto furore, qui tam potenti te feriat impetu, ut medius in lutum decidas. Si ille te cecidens cadentem, acriter stomacharetur, vociferaretur, lamentaretur (d) ad pol, eum me ferrox impulisti luto que demersisti, quid diceret. Numquid tu mihi iniuriam intulisti. mihi iusta sunt de te querela, & tu me reus accusas? Gerit alter gladium ora ferrea vagina nudum, acumine extirpendente, tu illi approximans in ferrum incurris, quo crus tibi vulneratur. Si ille cõtra te expostularet, ac vociferaretur. Hominum stupidissime, qui nefcis quo pergas, eulem meum offendisti, quid dixeris? Nonne tu

ille insulsius, quem insulsius accusem, qui gladium præter morem geris, ac in mei detrimentum, & contra me tu lamentaris: (a) hoc est lairo, tu quoque nequior.

An dari nequicia possit inhumanior, quarit Dominus, quàm ea, quàm me populus exacerbabat? Cum ego mille motus rationibus de illo possem iuste lamentari, cum ipse paria meritis non retulerit, nihilominus ipse de me prior querelas deponit, arguens, quod ipsi prior defuerim? Nequior non videtur esse posse malitia: de hac quoque hodie notantur municipes Christi Nazareni. Bene mentus erat de illis Christus, donis auxerat, studijs & beneficijs cumulatilimè præuenerat, at Gehis ingratiiores quorum officium erat Domino seruire, eum colere, absit ut hæc fecerint, econtra notissimis eum exceperunt iniurijs & calumnijs: detraxerunt; denique super hæc omnia qui delicti rogare debuerant ab offenso remissionem, cordibus tumultuosi profluent, grauissimas illi ingratiudinis causas obijcentes, quod saltem legem naturæ patriæ debuit non obferret, quod natali solo crudelis illi talia negaret obsequia qualia ciuitatibus alijs, terrisq; peregrinis præstabat quàm plurima & potentia suæ miracula ac misericordiæ beneficia exteris conferret etiã nõ regatur, quæ negaret indigenis sæpe postulatus. Hanc dilhere vult Christus obijctione, demonstrans ipsos esse, qui primi delinquant, & legis ira violent in illum inhumani, non ipse illis decesset ingratus & hoc tam euidenter, ut ipsos iudices in propria causa statuât, ipsi sententiam ferant, & testes sint veritatis: *Vsq; dicitis mihi hanc similitudinem. Medice, cura te ipsum; Quam a iudicium saltu in Capharnaï, fac & hic patria.* Amodo vestras intellexi de me querelas, quas creditis mihi posse retroquere, velut medico expertissimo, qui neglectis propriæ domus languentibus totus est in curandis infirmis adueniarum. Quia Capharnaï mulos curauit à languoribus, mirabilia sum operatus, immemor vero Nazareth, patriam meam & quasi domum meam nullo parato miraculo præterit. Quantum conicio hoc mihi proverbium obijcietis (a) in dono ferarij, minus aptum instrumentum. Atramen in veritate dico vobis, si forte mihi longè de vobis est querela, quæ nec in immo h' nori meo de raxerunt aduenire, vobis similes iniurijs rotocurrunt, quæ cum mei sitis concines, officij vestri fuerat, condignam acceptis beneficijs reddere gratiam, & vos præstare beneuolos.

(a) *Esso sobres pa- los paenitentia.*
 III. Ingratitudo Nazarenorum.
 (a) *En la casa del herero el peor ape- ro.*
 §. 2. Se-

